Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ca cum discipulis meis. Et fecerũt
discipuli sicut ꝓcepit illi ihesus.
Et paraũt pasca. Vespe aũt fo
discumbebant cum xii discipli
sius. Et edentibus illis dixit. Amẽ
dico vobis quia unus ex vobis me tra
dituꝰ est. Et contristati valde cepe
runt singuli dicere. Numquid ego
sum domine. At ille respondens ait.
Qui intingit manũ mecum in
parapside hic me tradet. Filius quidẽ
hominis vadit sicut scriptum
est de illo. Ve autem homini illi per
quem filius hominis tradet. Bonũ
erat ei si natus non fuisset homo
ille. Respondens autem iudas qui tra
didit eum dixit. Numquid ego sum
rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenã
tibus autem eis accepit ihesus pa
nem. Et benedixit ac fregit. deditque
discipulis suis. Et ait. Accipite et
comedite hoc est corpus meum.
Et accipiens calicem gratias egit.
Et dedit illis dicens. Bibite ex hoc
omnes. Hic est enim sanguis meus
nui testamenti qui pro multis effun
detur in remissionem peccatorum. Dico
autem vobis non bibam amodo de hoc
genimine vitis usque in diem illum.
cum illud bibam novum in regno pa
tris mei. Et hymno dicto exierunt in mon
tem olyveti. Tunc dicit illis ihe
sus. Omnes vos scandalum pati
emini in me in ista nocte. Scriptum
est enim. Percutiam pastorem. Et dis
persentur oves gregis. Postquam autem
surrexero precedam vos in galileam.
Respondens autem petrus ait illi. Et si
omnes scandalizati fuerint in te
ego numquam scandalizabor. Ait
illi ihesus. Amen dico tibi quia
in hac nocte antequam gallus cantet.
ter me negabis. Ait illi petrus.
Etiam si oportuerit me mori tecum.
non te negabo. Similiter omnes
discipuli dixerunt. Tunc venit
ihesus cum illis in villam que di
citur gethsemani. Et dixit discipulis
suis. Sedete hic donec vadam il
luc orem. Et assumpto petro
et duobus filiis zebedei cepit contri
stari et maestus esse. Tunc ait illis.
Tristis est anima mea usque ad
mortem. Sustinete hic et vigila
te mecũ. Et pgressus pusillum. pro
dit in faciem suam orans. et dicens.
Pater mi si possibile est transeat
a me calix iste. Verumtamen non sicut
ego volo. sed sicut tu vis. Et venit
ad discipulos suos. Et invenit eos
dormientes. Et dicit petro. Sic non
potuisti una hora vigilare mecũ.
Vigilate et orate. ut non intres in
temptationem. Spe quidem pronpta
est caro autem infirma. Iterum secundo abi
it. Et orauit dicens. Pater mi si
non potest hic calix transire nisi bibã
illum. fiat voluntas tua. Et venit
iterum. Et invenit eos dormientes. Erat
enim oculi eorum gravati. Et relictis
illis iterum abiit. Et orauit tertio eundem
sermonem dicens. Tunc venit ad
discipulos suos. Et dicit illis. Dor
mite iam et requiescite. Ecce adpro
pinquabit hora. Et filius hominis
tradetur in manus peccatorum. Surgite
eamus. Ecce adpropinquabit qui me
tradit. Adhuc ipso loquente ecce iu
das unus de xii venit. Et cum eo
turba multa cum gladiis et fus
tibus missi a principibus sacerdotum.
et senioribus populi. Qui autem tradi